

non dentur vel concedantur, et hoc sub pena centum libr. par.
pro potestate et libr. quinquaginta pro quolibet iudice vel rec-
267 A tore, quamquam eidem concessa // essent pignora aliqua in
instrumento aliquo per debitorem; et quod eidem nulla per-
sona dare debeat auxilium vel favorem in fatiando aliqua pi- 5
gnora de predictis, sub pena quinquaginta libr. par. pro qua-
libet persona eidem auxilium concedente. ¶ Et si comune Ter-
gesti vel alia persona civis Tergesti ex inde dampnum aliquod
sustineret sive reciperet ab aliquo, teneatur ille qui dicta pi-
gnora fecisset comune Tergesti et quemlibet aliam personam 10
indempnem integre relevare, sub pena predicta.

Cap. XLVI. Rubrica quod nullus civis Tergesti
dare vel facere presumat alicui forensi
contra civem dacionem vel concessionem.

S tatuimus quod nullus civium nostrorum possit neque de- 15
beat dare vel facere alicui forensi dationem aliquam sive
cessionem de aliquo debito sive re contra aliquem civem Ter-
gesti, et hoc sub pena quinquaginta libr. par.; que quidem
cessio sive donatio taliter facta non valeat nec teneat. Civis
vero habens iura contra forensem dare possit et valeat da- 20
cionem et cessionem cuicunque voluerit.

Cap. XLVII. Rubrica quod litere dentur in di-
scretione dominii vel nuncii cuilibet
petenti cui aliquid per forensem accep-
tum fuerit vel detentum. 25

O rdinamus quod, si alicui civi Tergesti per aliquem fo-
rensem aliquid acceptum vel detentum fuerit sine iuris
requisitione, remaneat in discretione domini potestatis et iudi-
cum Tergesti de dando eidem litteras vel nuncios, secundum
quod eis pro meliori statu civitatis Tergesti videbitur expedire. 30